Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26108
Copyright: Admont, Benediktinerstift



203

dno regi psternendus ocurre. Ecce uenio sicut fur.
Dua edicio consequenti habe. addit magnum dominipotentis. Ecce uenit ut fur. Beatus qui uigilat et custodit uestimenta sua ne nudus ambulet et uideant turpitudinem eius. Beati quorum tecta sunt peccata. quia turpitudinem uitae reprehensibilis. ante iustorum oculos in iudicio subsequentis boni opis tegmine uelant.
Et in euangelio dns. exemplo furis cauendi. seruos uigilare precepit. Et congregabit illos in locum qui uocatur hebraice hermagedon. Hunc locum alibi exponit dicens. Congregauit illos in pelium. et circuierunt castra sancta et ciuitatem dilectam. idem ecclia. Potest et econtrario locus impiorum diabolus intelligi. qui in pdito homine. tumore usurpatae dignitatis inflato. priores idem quondam adno interdictas recuperare se gaudebit insidias. Hermagedon enim consurrectio in priora siue mons globosus interpretatur. Et septimus effudit fiala suam in aerem. et exiuit uox magna de trono dicens. Factum est. Sicut supra sanguis ultionis usque ad frenos equorum mundos uidelicet spis exiuit. sic et hic cum easdem potestates aereas nouissima pfundere ultio. factum esse idem finis adesse narratur. quando ut apls ait nouissima inimica destruetur mors. Hacten sub plagarum nomine psecutio nouissima describitur. quas tu bonum omis a contrario uult intelligi. Plaga enim inquiens insanabilis. et